

censis<sup>1</sup> Andree pronepos fuit; cuius videlicet Andree filius, Ebalus nomine, nostre Cathalaunice cathedram<sup>2</sup> et utriusque nepos Bartholomeus ecclesie Laudunensis apicem<sup>3</sup> non minus religiosi quam generosi sub eisdem temporibus honoraverunt, tam longa beneficiorum impensione, quam Deo digne conversacionis exemplis.

Mater autem eius<sup>4</sup> animi virtute redimens et virilis ope sensus sexus fragilis detrimentum, et nobilitate morum et piorum meritis studiorum se dici dignam exhibuit et esse filia famosi comitis et egregii principis territorii Cameracensis, illius cuius vocabulum lingua Francorum sonare videtur odium, sive habeat in fine quartam vocalium vel au diptongum<sup>5</sup>. Quod quidem vocabulum non ex re vel ob aliam causam, quam á fluviolo quodam<sup>6</sup> fines suos pretersecante sortitur, qui nisi quia finalem non habet eandem vel litteram vel diptongum, vocabulo pene simili, pro eo quod natantibus appareat odiosus, vel meruit vel potuit appellari. Ceterum terra illa frugum ferax et uberis glebe, dubium quo magis, speciositate sue gentis an magnanimitate superba, certum vero quod pugnacium sit altrix hominum, et armipotentis flore milicie decorata.

Hic erat ille comes, quo nemo clarior inter

Francorum proceres Austrasiosque fuit.

Hic erat ille nepos satulis militis eius,

Per vada cui Rheni dux fuit albus olor.

Huic celebris via Iherusalem duce cum Godefrido,

Multo Partorum sanguine parta fuit<sup>7</sup>.

Von diesen Distichen ist aber das mittlere mit der braunen Dinte, deren der Corrector sich bedient, dick durchstrichen, und wenn ich auch das räthselhafte Wort 'satulis' mit ziemlicher Sicherheit zu erkennen glaubte, so vermag ich doch keine Erklärung dafür anzugeben. Nach dieser Schilderung seiner vornehmen Herkunft aber wird der Archidiaconus selbst gebührend gepriesen und darauf seine Besitzung, welche unweit von Rumigny innerhalb seines Archidiaconats gelegen ist, in folgender Weise beschrieben:

'Haut procul igitur ab eo, quod eius patrem premissum est tenuisse, castello precinctum vallis et munitum turribus ligneis eminet castrum, lene tumentis et vergentis ad austrum collis in pendulo situm. Huius autem collis á vertice viridantis amenitas silve perambulans latus utrumque descendit ad pedes,

1) Arcis-sur-Aube. Beide waren Söhne des Grafen Hilduin von Roucy. Andreas heisst com. de Rameruth in der Genealogie bei Hermann v. Tournai, Gall. Christ. IX, 529, auch Mon. Germ. SS. XIV, 268, n. 3.

2) Von 1122 bis 1126.

3) Von 1113 bis 1150. Seine Mutter war Adelaïs von Roucy, Hilduins Tochter, Gemahlin des Falco de Vir, nach Gall. Chr. IX, 528.

4) Aelidis.

5) Haino oder Hainau, Hennegau; der Graf ist Balduin II.

6) Haine, Nebenfluss der Schelde.